Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift



clamans exspirasse & ait. Uere hic homo filius dei erat.
Manifesta causa miraculum centurionis exponitur.
quod uidens dominum sic exspirasse. hoc est spiritum emisisse.
dixerit. uere hic homo filius dei erat. Nullus enim habet
potestatem emittendi spiritum. nisi qui animarum creditor est.
Et hoc considerandum quod centurio ante crucem in ip
so scandalo passionis. uere filium dei confiteatur. & arrius
in ecclesia predicet & creaturam. Unde merito per centurionem
fides ecclesie designatur que per misterio celestium per mor
tem domini reserato. continuo ihesum & uere iustum hominem.
& uere filium dei sinagoga tacente confirmat. Erant
autem & mulieres de longe aspicientes. inter quas
erat maria magdalene. & maria iacobi mino
ris. & ioseph mater & salome. Et cum esset in galilea
sequebantur eum. & ministrabant ei. Iacobum mino
rem dicit. iacobum alpheus qui & frater domini dicebatur. eo quod
esset filius marie matertere domini. cuius in euangelio suo
meminit iohannes dicens. Stabant autem iuxta cru
cem ihesu. mater eius. & soror eius matris maria cleophe.
Mariam autem cleophe uidetur eam dicere a patre siue